

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Relinquere x
cum fonte primo

Omnia non tantum
possessiones sed eciam cupiditates.

Plus enim mundi concupiscencia quam
substantia nocet. Et hec fugiendarum
causa diuiciarum precipua est quod aut
uix aut nunquam sine amore ualeant
possideri.

Facile enim cor humanum omnibus que
frequentat adheret.

Bernardus ibidem (in colloquio Symonis
ad Petrum).

Omnia sane dixerim, non tantum
possessiones, sed etiam cupiditates,
et eas maxime.

Plus enim concupiscencia mundi quam
substantia nocet. Et haec fugiendarum
causa diuiciarum praecipua est, quod aut
uix, aut nunquam sine amore ualeant
possideri.

Limosa siquidem et glutinosa nimis non
modo exterior, verum etiam interior
substantia nostra videtur; et
facile cor humanum omnibus quae
frequentat, adhaeret.

Gaufridus Claraeuallensis, *De colloquio
Simonis cum Jesu*, 2 (PL 184, col.438B-
C).